

jusdem anguli crura : datis eorum quibuscunq; duobus, dico reliquum etiam in cognitionem venire. Quia enim hypotenu-
sa potest crura simul sumta : datis cruribus, habetur hypotenu-
sa, additis illorum potentijs : datis verò Hypotenusâ & crure alterutro, habe-
tur crus reliquum, si potentia cruris dati à Potentiâ Hypotenusæ sub-
trahatur.



*VI. Quomodo, datis duabus lineis rectis Media proportiona-
lis inveniatur.*

Omnis & Praxis & Demonstratio hujus Problematis de-
pendet ex Theoremate V. hujus Capituli. Datis enim lineis duabus

A D majori & D B minori, componan-
tur eæ primùm in directum, ita ut com-
posita A B utriq; A D & D B datis simul
sumtis æquetur : deinde ex D erectâ
perpendiculari D C quantâcunque, &
ex E compositæ lineæ medio descripto
semicirculo per Probl. VI. cap. VII. p. 34.

obsuro, ductisq; lineis A C & B C ad semicirculi & prioris per-
pendicularis concursum, erit Triangulum A B C in C Rectan-
gulum, & A B anguli Recti hypotenu-
sa, ipsaq; adeò perpendi-
cularis C D media proportionalis inter segmenta basis, hoc
est, inter datas A D & D B.

Non est tamen opus, ut Tri-
angulum superius semper re-
petatur : sufficit enim, ut ex
C concursu mutuo datarum
linearum A & B, seu in sche-
mate adjecto A C & B C (mo-
dò prius ex H compositæ me-
dio semicirculus A E B de-
scriptus sit) perpendicularis
erigatur, quæ in E semicircu-



lum,